

Morales, Cristóbal de. Missarum liber secundus. Roma, Valerio Dorico & Lodovico fratelli. 1544. RISM M3582.

**Title:**

CHRISTOPHORI  
MORALIS HYSPA  
LENSIS MISSARVM  
LIBER SECUNDVS

[Woodcut of Pope seated, receiving an open volume from composer]

**Dedication:**

SANCTISSIMO PAVLO TER. | PONTIFICI MAXIMO. | CHRISTOPHORVS  
MORALES | HISPALENSIS. | S. P. D. |

INter ingenuas artes liberalesq; disciplinas Musicam ipsam principem locum obtinere non ambigitur: Vel quod | & animis, & corporibus nostris maxime cognata est; animos enim ita oblectat ac commouet, ut quaevis alia; ita | corpus, ut nulla alia. Velq; sola ex eibus illis artibus tāta uim utrobiq; exercet, ut corporibus (si gellio credi-mus) medeatur, animorūq; molestias ab immundis spiritibus allatas magna ex parte minuat, ac alleuet, eosq; | ad cognoscenda diuina consilia sursum erigat, atq; extollat: Hoc enim certe in Heliseo, illud in Saule factitatum esse fa-cris literis est proditum. Vel quod e cælestium orbium ratione ad cælestium Deiq; Opt. Max. Laudes canendas deduc̄ta est, | atq; in mentes nostras immissa diuinitus. Quamobrem plerumq; demiratus sum, cur eam ipsam maxima Musicorū, præci-pue ætatis nostræ, pars ad ineptias conuerterit, atq; utinam non etiam ad obsecna; perpauciq; ea, ad quæ instituta est, utan-tur. Cumq; eximiæ præstantissimæq; huius artis uicem dolorem; eorumq; ingratum animum in Deum tanti huius muneris | largitorem cum meo ipse animo detestarer: Constitui pro uirili parte ei succurrere, totumq; studium meum atq; operam, quā | in hanc disciplinam impendi, in diuinis laudibus canendis ponere, atq; collocare. Itaq; ōcto Missas (ut populari uerbo utar) | iampridem emisi. Cumq; his qui in Musica facultate excellunt haud omnino eas displicuisse intelligerem: decreui illis alias | ōcto subiungere: Quas cum tuo nomini Paule Sanctissime dicare uellem, initio ab hoc me consilio absterrebat Beatitudinis | tuae fulgor: meaq; tenuitatis oculos ingens tantæ istius maiestatis tuæ splendor perstringebat. Cæterum deinde animaduer-tens te, qvis in supremæ istius dignitatis fastigio positum, longe tamen omnium humanissimum esse, atq; benignissimum, ac-cepi fiduciam; teq; non omnino auersaturum nostras has lucubratiunculas esse sperauit: multisq; nominibus haud fane indi-gnum duxi eas tibi nuncupare. Primum quia tu ea, quæ ad Dei immortalis religionem spechtant unus ex omnibus maxime & | curare debes & uti debes curas: tūiq; oibus pontificibus in hac diligētia antecellere solitus es, quantū ipsi cæteros homines ea an-teire debebant. Deinde quia in arte hac diuina, hoc est Musica, tibi diuino uiro composita opuscula nō dicando, uidebar te mo|rum tuorum maxima germana arte fraudare; eos enim ita usq; ab ipsa pueritia instituisti, ut musicum quadāmodo concentum | sapiant: tantaq; etiam in his quā ad cæteros spechtant uteris prudentia, consilio, sapientia: ita omnia miro quodam ordine suis | partibus a te sunt digesta, atq; disposita, ut

harmonicam quandam redolere uideantur rationem. Accedit ad hæc q cū me iam-|pridem inter chori tuis musicos collocaueris, quæ ex ingenio nostro proueniant, & si minus te digna, tamen qualiacumq; ea sint, | ut in agello tuo nata, tibe afferenda existimau. Postremo ut ad propellenda mala malorum depulsorem Herculem in ianuis antiqui constituere solebant: ita mihi Sanctita. tuæ, idest bonorum omnium auctoris, nomen in huius libri quasi ianua ad conciliandam mihi bonorum benevolentiam, arcendamq; inuidorum rabiem ponere uisum est. Quis enim non sub alarum tuarum | umbra tutissimū se esse putet Paule Pontifex maxime maximorum omnium Pontificū multis ab his seculis optime, idēq; felicissime? qui solus cum uirtute fortunam adæquaſti; In te enim singularis uirtus supremem auctoritatem amplificat, auctoritas uirtutem. Cuius uirtutis, ingenii, prudentiæ uestigia ad memoriā huius urbis sempiternam impressa uidemus. Quotus, n. | quisq; rerum gestarum laude tecum queat contendere? Quis se tibi & bene administratæ, & conservatæ reip. gloria ualeat comparare? Nec eximiæ uirtutes tuæ tantummodo hominum iudicio nituntur, qui te tantis ornamentiſ præditum non sicut aliquem | apud nos natum, sed ueluti de caelo delapſum uenerantur; Verum etiam adeſt Dei ipsius Opt. Max. firmissimū testimoniu, | qui ætatem tuam omnem, ac præcipue ſummi huius facerdotii tui tempus maxima poſt homines natos, perpetuaq; ornauit feſſilitate. Accipe igitur Beatisſime pater hosce Moralis tui obſtrictissimi, ac deditissimi labores læto benignoq; uultu, atq; ea | fronte, qua hilari totum terrarum orbem exhilarare uideris. Quod ſi eos tuo patrocinio fouebis, anguſtiamq; meam quopiam | ampliſſimæ dignitatis tuæ munere proſequeris: atq; fortunæ meæ obſcuritatē aliquo tuæ benignitatis radio illuſtrabis: & me | ad maiora in dies confiencia, atq; componenda excitabis; & multorum musicorum ſtudia ab ineptiis ad diuinias laudes conſinendas abduces, atq; auertes. Vale. |

## **Index:**

### INDEX MISSARVM

#### Quatuor Vocibus

Missa Tu es vas electionis  
 Missa Benedicta es celorum regina  
 Missa Ave Maria  
 Missa Gaude barbara  
 Missa Lhomme arme

#### Quinque Vocib'

Missa De beata virgine  
 Missa Quem dicunt homines  
 Missa Pro defunctis

## Contents:

Missa Tu es vas electionis

Missa Benedic̄ta es celorum regina

Missa Aue Maria

Missa Gaude barbara

Missa Lhomme arme

Missa De beata virgine

Missa Quem dicunt homines

Missa Pro defun̄tis

    Requiem eternam

    Kyrie

    In memoriam

    Domine Iesu Christe

    Sanctus

    Agnus Dei

    Lux eterna

## Colophon:

Impressum Roma per Valerium | Doricum et Ludovicum fratres Anno Salutis | M .D.  
XLIII | [Woodcut with rearing horse and words *Nulla est via invia virtuti*] | Cum gratia  
& privilegio. |

## Structure:

Single volume: A-Z<sup>3</sup> 138 folios numbered in Roman numerals. 278pp. Dedication.  
Index.

## Remarks:

Choirbook folio format. Index in Gothic script. Copy consulted: I-Bc (microfilm).  
RISM M3582.